

POSITIONES.

- I. **C**ælibatus Clericorum, etsi *J. D.* non sit præceptus, convenit tamen reæ rationi, sacris Litteris, & disciplinæ primæve Ecclesiæ.
- II. Clericus in sacris constitutus attentato Matrimonio sacra tamen *A. C.* haud professus facti sui mox pœnitens in Germania Beneficium ecclesiasticum non amittit.
- III. Canonici *A. C.* in Ecclesiis mixtis contra Statuta Capituli & observantiam cælibatus contrabere Matrimonium præsumens Beneficia dimittere coguntur.
- IV. Clerici minores contrabentes Matrimonium amittunt Beneficia ipso Jure.
- V. Residentia Episcoporum Germaniæ non est Juris divini.
- VI. Obligatio Residentiæ Canoniorum est *J. N.* & postea Jure ecclesiastico confirmata.
- VII. Parochi ad Residentiam obligantur Jure divino.
- VIII. Qui Parochum bimestri tempore sine Licentia abesse posse docent, verbis, & vim *C. T.* omni inferunt.
- IX. Beneficium ecclesiasticum est Jus perpetuum percipiendi fructus ex bonis Ecclesiæ Clerico concessum ob sacrum Ministerium Auctoritate ecclesiasticâ adnexum.
- X. In dubio omne Beneficium sæculare præsumitur.
- XI. Regula Jure canonico acceptata certa est: quod Beneficia regularia regularibus, sæcularia secularibus sint conferenda.
- XII. Qui sustinet Canonicos regulares, vitam verè religiosam professis de se venire numero secularium, ut possint præsentari ad Beneficia secularia hospes est in Jure nostro peregrinus.
- XIII. Quin potius Sanctissimus Papa **BENEDICTUS XIV.** in Constitutione quæ incipit: Inscrutabili anno 1745 edita in terminis declaret: Canonicos regulares cujuscunque Beneficii ecclesiastici **SECULARIS** sive cum sive sine cura verè incapaces esse & censerì debere.
- XIV. Imo Sanctissimus Papa **CLEMENS XIII** in Bulla sua de anno 1758 per *Archiepiscopatum Coloniensem* publicata Clericos regulares, à Beneficiis secularibus manifestò excludit.
- XV. Quibus Constitutionibus Pontificiis Clericos regulares præcipuè exemptos debere respectum obedientiæ, suadet immediata eorum erga Sedem apostolicam subjectio.

- XVI. *At verò reciprocè Beneficia REGULARIA Secularibus extra Consensum Patronorum conferri posse negamus.*
- XVII. *Provisio Pontificia merito ad provisionem extraordinariorum referenda est.*
- XVIII. *Beneficia reservatione juris scripti Summo Pontifici in ipsa Curia romana vacantia intra Mensem à die Vacationis, esse ignorata conferri debent; quo elapso Jus Ordinariorum reviviscit.*
- XIX. *In dubio, utrum Vacatio in vel extra Curiam contigerit, in favorem Ordinariorum esse præsumendum.*
- XX. *Si promotus vi Indulti papalis Beneficia retinere queat, per obitum promoti vacant Ordinatio.*
- XXI. *Promotio ad Episcopatus in partibus non inducit reservationem.*
- XXII. *Beneficia dubia, an Mense pontificio, an vero ordinario vacaverint, non subsunt alternativæ Mensium.*
- XXIII. *Sede apostolicâ vacante nulla est Reservatio alternativæ, sed ad Ordinarios Germaniæ libera profus spectat, provisio Beneficiorum in Mense apostolico vacantium.*
- XXIV. *Præcilla per ingressum in Ordinem religiosum non max amittit Jus precum.*
- XXV. *Institutio authorizabilis neque Abbatibus, neque alijs Prælati Inferioribus, sed soli Episcopo competit.*
- XXVI. *Concessio Beneficii vacantis habet effectum, etiamsi Patronus moriatur, antequam Literæ solennes expeditæ sint, adeoque Successor Patronus de novo providere nequit.*
- XXVII. *In Negotiis Capitularibus ordinariè pertractandis requiruntur Majora, ad Negotia autem singulos concernentia unanimita desiderantur suffragia.*
- XXVIII. *Capitula Germaniæ cathedralia non gaudent quodam condominio radicali in Ecclesiis episcopales.*
- XXIX. *Nec etiam Sede vacante conferre possunt Beneficia soli Episcopo vacantia, aut ad illum devoluta.*
- XXX. *Capitula Sede vacante res alienare, quæ servando servari possunt, & proventus vacantis Episcopatus suos facere prohibentur.*
- XXXI. *Præcis, vi cujus Collegium Canoniarum coram ecclesiastico, singulæ vero coram Judice sæculari conveniri debent congruit PRINCIPIS theoreticis.*
- XXXII. *Præbendæ Canoniarum non sunt exemptæ à Commercio humano, sed tunc emi, & vendi possunt, absque omni simonia.*
- XXXIII. *Si Beneficia vacaverint ex causa obitus, annos Pensionum tertio concedi Concordata Germaniæ non sinunt, sine Consensu eorum, quorum interest.*
- XXXIV. *Circa Beneficia non Episcopalia, nec exempta à Pontifice suppressa Episcopis non omnis est deneganda Authoritas.*
- XXXV. *Quamvis locatio Rei ecclesiasticæ ultra triennium à solo Prælato facta non valeat, valet tamen in Germania.*
- XXXVI. *Prælati legatum purum absque solennitate, & Consensu superioris alienare prohibetur.*
- XXXVII. *Non sufficit tacitus Capituli Consensus ad rerum Ecclesiasticarum alienationem.*
- XXXVIII. *Ad valorem alienationis requiritur copulativè iusta causa, & solennitas, ita ut neque iustissima alienandi causa sine solennitate, neque hæc sine illa alienationem justam reddat.*
- XXXIX. *Emtor rei alienata, hanc ultro restituere non tenetur, si de Consensu Capituli constet, sed de causa alienationis Justitia tantum dubitatur.*
- XXXX. *Non currit præscriptio vivo Prælato alienante, & contra eam datur restitutio in integrum.*